


21

M. SEBASTIANI  
PICHSELII VIRI  
ERUDITISSIMI AC  
MUSICI CELEBERRI-  
mi, p.m. Carmen de Munca.



SPIRÆ,  
Typis Bernardi Albini  
An. M. D. LXXXVIII.

**Q**'os tibi Melpomene comitata cupidine sacro,  
Affeat aspectu pulcros & nominis fructus:  
Quam sit digna hominum prestanti iu pectore condi:  
Atque alias inter celebrati iugiter artes,  
Nostra nihil dubitans resonet tibi Musa canentii.  
Tu patulas adhibeto animis presentibus auris,  
Et stimulos patiare leues, vtraris amore  
Tan benè formose, tam delectabilis artis.

Si puer es, iuuenis salax, seniore verendus  
Hic & quæ pueros, quæ delectare iuuentam,  
Aut grauitate sua mentem mulcere senilem  
Atque mouere queunt. Pueris vbi blanda placebunt:  
Blanda cauet casto demulcens pectora cantu:  
Siue salax iuuenis Musis petulantibus aptus  
Expedit apta tibi, saliet leuis illa canendo,  
Et celeri celeres pede non remorante Camænas  
Fundet, ut oblectet, varios ut molliat æstus  
Quos tenero sub corde fous, quibus vteris vñque.  
Seu grauis esse senex, serisque adamabilis annis  
Expedit, illa tibi seu maiestate verenda,  
Seu grauitate aderit, quantum grauitate valebit  
Si grauitate placet, quando est sua cuique voluptas.

Ergo senex, iuuenis, puer ergo nobilis adsis  
Quamq; tibi tam voce probo, quam pectore promo,  
Suscep, neu tenuas gremito captare patent  
Quod rurum est adeo, tibi dum contingere fas est.

Ergo vbi forte vacat meritas deducere laudes,  
Et tenui cupimis Musam celebrare Camæna,  
Quæ media eit inter septenas iure sorores,

Quas pater ipse suo complexus Apollo fauore est,  
Quásque docet, regit, auget, alit, tutatur ab omni  
Viisque dolóque malo: quanta hæc sit gloria, cernes.

Est sacer Æolidum locus hic sub montibus altis  
Conitus aut oleis, aut turgescientibus vuis,  
Pone palus viuis circumiacet aurea lymphis  
Perpetuum scatet arua rigans quæ fonte perenni,  
Riuulus in medio nitidis argenteus vndis  
Labitur, & pulchrè teretes super ille lapillos  
Voluitur, humidior tenui stridore susurrans.  
Est locus & Musis aptissimus atque quieti  
Deditus, haud vñquam strepitū impediente moratur.  
Ocia sunt Musis aptissima: Talibus ille  
A strepitū semotus abest, vbi libera curis  
Pectora versari, & studiis incumbere possent.

Campus ibi medio pulchris nitidissimus artis  
Et spacioſus erat, procul hinc latera ardua vertex  
Clausit, & ad nubes iuga protulit aspera celsas,  
Durum iter & scopulis, & acutis vptibus illud  
Sub radice fuit, præceps vbi ſæpe volentem  
Per iuga vasta locus nonnihil temoratur euntem.  
Illic bicipitis Parnassi ad culmina fertur  
Esse aditus, fontemque suis quem Pegafus vncis  
Fodit, ad æthereum tunc cum veheretur Olympum  
Aliger, atque suis delapsus ab æthere pennis  
Crura impegit ibi, fontem cum flumine viuo  
Ire parans: tulit hanc insana superbia pœnam.

Arduus ergo poli vertex ad culmina tendit  
In geminas sectas colles, itet arduum vtrumque.  
At si gnarus eris, fortis, patiensque laborum,  
Haud ita difficiili superaueris aspera nixu  
Colla, vbi planicies in summo vertice pulcra est;  
Quam dulces Charites, & blando pectore Musæ  
Incoluere, suisque ibi fixæ sedibus hærent.  
Arx iacet in medio, ceu magni Cæsaris esset,  
Cincta suis muris, pinnis, & turribus ampla.

Huc

Huc ego fortè animæ celeris cum motibus irem  
Nuper, vbi expatiata suo de carcere, secum  
Libera, Pieridum propius iuga dedita querit,  
Siue sopore fuit, seu vero concita visu  
Mens mea, (Nam memini, simul admiratio mentem  
Fascinat) hue, inquitam, mihi peruenisse videbar,  
Et lustrasse locum, intuituque artissime sororum.  
Ecce vbi contueor, fusimque vbi singula rimor,  
Lux inopina mihi & splendor sese obtulit ingens,  
Qualis ab ætherea cum fulgura sede coruscant,  
Aut iubar extollit radianti lampade phœbus,  
Talis erat, maiusque aliquo. Mihi lumina fulgor  
Læserat insolitus. Vix dum benè colligo ocellos,  
Ecce pater Clarij dux inclytus ordinis ibat,  
Ibat, & ante suas splendebat lumine natas,  
Ducebatque choros, turba comitante nouena,  
Pone latus classit venerandas grandior inter  
Musæ, malis nunquam tribuens sua vota sophistis,  
Vera canens: inimica strophis: inimica cauillis:  
Ambages remouens, & vero tramite ducens.  
Nil nisi quod rectum est, docet hæc, exuta decoro  
Et splendore suo, nec picta coloribus vllis,  
Non fucis faciem male deformauit honestam.  
Astigit huic soror eximio benè comta lepore  
Picta suis fucis, & tincta coloribus albis.  
Illa, vbi complacuit, musæ exæquauit Olympum,  
Rursus ab ingenti tumulum confecit Olymbo.  
Nunc auro, nunc ære nitens, nunc chlamide picta,  
Et roseas benè picta genas, benè comta capillos.  
Talis erat, non nuda, prior velut ante, micabat,  
Sed succincta suo non absque lepore decoro.  
Hanc soror æquali mensurans singula lance  
Insequitur, quæ iusticæ cum laude patebat.  
Illa malis mala, quæque simul meruere, rependit,  
Et sua cuique refert, & dignis promit humores,  
Quique nocens sceleris est, hanc à præsepibus arect

**P**hæt tuis, adeoque æqualibus æqua reponit.

Altera deinde suam sequitur Germana tororem,  
Hæc sobolem triplici generabat stemmate natam:  
Prima poli varias sedes, atque astra tuerit,  
Cur nunc altus humi, cur nunc declivior esset,  
Cur vaga bifiduis errarent lumina claustris,  
Cur nunc occiduas properans, nunc senior, vndas  
Tingeret, & quæ caussa moræ, quæ caussa fugacis  
Sideris, inquirit studio indefisa sagaci.

Prima erat hæc soboles: sequitur rufis altera, primæ  
Inquirens numerique vices, & corporis ortus,  
Ut vel multiplices numeri generentur ab uno,  
Quod tamen haud numeri dignantur nomine ferri,  
Utque superficies amplissima corpora claudat,  
Utque illam pariter vel linea terminet una,  
Aut plures, utque à punctis confuxerit isthæc.

Tertia vocali trutinans hæc omnia cantu  
Nunc numeris aptare sohos, nunc tangere plectra  
Sueuerat, haud uno mulcens modulamine mentem.  
Quantus in ore lepos, quæ gratia fulsit ocellis  
Quam pede cum numeris non discors chorda sonabat  
Tatis erat, tam blanda oculis, tam bella micabat.

Vltima clavigera similis cui ianua curæ  
Arcis erat, clausitque fores, reseruit easdem  
Cum voluit: Neq; enim introitum cum forte negauit  
Peruia cuique fuit via: quin adaperta patebant  
Limina, eum placuit, velut ante, recludere valvas,  
Hæc in simplicibus fingens elementa figuris  
Nunc geminas, plurè sue suo ritè ordine iunxit,  
Nunc iisdem numerosque pedesque, & vincula iuxxit,  
• Mischuit & socias, nunc mixtas compede soluit,  
Diffecuit iunctas, iuga quæ modo dura gerebant.  
Talibus exerceens iuniorum pectora ludis  
Ipsa nihil splendoris habens adamicta modestè  
Omnem aliis laudem cedens splendoris habendam  
Ancillansque suis non pigra tororibus æquæ,

**Harum etiam cursus non absque lepore gubernans.**

Hæc, ni fallor, erat pulcrarum forma sororum  
Hæc acies: hic ordo fuit, dum forte pererrant  
Monte tuper viridi, duce cum patre Apolline lætæ.  
Tum pater in medio, postquam aspexisset ocellis,  
Signa, parésque habitus, & cætera quæque fuerunt  
His paria, alterno quæcumque fauore tenebant,  
Miror, ait, facies atque ora similliua, natæ.  
Vestra, & lætor iis, quodque est fauor omnibus idem  
Et studium in studiis, licet in diuersa trahantur,  
Pectora vestra, opera: hoc placet, at etnūmque placebit,  
Pergite concordi sic vestram fœdere laudem  
Tollere ad astra locūmque suum sic quæque tueri,  
Quem D e s attribuit, studeat. Sic gloria nobis  
Nostra magis crescat, mōxque attollatur eundo.

Dixerat. Assensere omnes, pariterque fauori  
Accinuere D e s. Reliquas at tristior intet  
Vna fuit, mihiūmque magis quod lætior ante  
Semper oberrabat reliquias dulcedine mulcens  
Curarūmque æstus ab earum pectora pellens  
Atque leuans operas, medicans studiūsque leueneris,  
Hanc pater ut vidit suspiria crebra trahentem,  
Quis tibi, Nata, dolor circum præcordia serpit,  
Dixit, & insoliti quæ luctus, ediscere, causa est  
Nam video & gemitus, & quæ suspiria tristi  
Pectora ducta trahis: studiis male conuenit istis  
Luctus, & insolito quas promis ab ore querelas.  
Ergo si qua tui suberit modò causa doloris,  
Qualiscunque aderit, si forte iuuare valemus,  
Dic age, nec pudeat. Pudor haud consultus egenti est.

Dixerat hæc genitor. Tertis ait altera ocellis:  
Ne mirere pater, quod nunc communia nobis  
Fata gemo, non sola grauem sum passa ruinam,  
Tertis enim grecus noster erit. Nam nulla sororum est  
Quæ, velut ante, suo nitidat formosa decore.  
Pro se quæque suas referet quæsita quærelas,

Tu modò quere pater. Sed quę communia nobis  
Fata sinistra cadunt, procul ab ocul, illa dolores  
Ingerminant nostros. O si nil durius esset,  
Tunc ego cum reliquis non absonta vota souerem,  
Misceremq; preces, grauis est dolor, aspera cura est  
Quę mihi peccus edit. Nec enim mea gloria passim  
Solius labefacta ruit, nec fama laborat  
Solius, quondam quę totum impluerat orbem.  
Talis nunc etas hominum est qua nulla bonarum  
Cura viget rerum, non est locus artibus ullus,  
Plus ego quam reliquę, quo d tu miraberis, angor  
Et quod plus blanda dulcedine vincere sotores:  
Tantò ego plus premor inuidia, liuore fatigor.  
Non locus est nostris magis ullus honoribus aptus,  
Non decor aut splendor quisquam, reuerentia nulla est.  
Quod si quis me scire cupit, non ille laborem  
Impendit placide, aut aliquos vult perdere sumptus.  
Sunt etiam reliquias labris qui forte sotores  
Degustare ausint, sunt qui quoque querere fontes  
Incipient: nostris procul o de fontibus omnes  
Errant, non studium est, non est labor ullus eorum.  
Nam neque digna minus, nec sum minus apta vereri  
Ac soror uilla alia est: at veros querere fontes  
Et viuos latices, non est mihi deditus unus.  
Sunt quoq; qui studio loca me in postrema reponat.  
Sunt quoq; qui remouent, & ab hoc nos orbe sotorum  
Secludunt adeò. Nūmne hęc iniuria parua est?  
Usus adhuc tenuis nostro de manere restat.  
Quantus is est, tamen ille etiam priuatus honore,  
Iure suo est, adeoque obscura ex plebe putantur  
Qui dixeré operam studiis, pater optime, nostris.  
Hęc ubi sors nostra est, annon satis ampla querendi  
Caussa subest? Fletu sic illa locuta madebat  
Impediente sonos. Cui sic referebat Apollo:  
Nata mihi dilecta adeò, ne cede dolori,  
Vince animum, iustas moderari assuetas querelas.  
Namque

Namq; ego per Stygias iuro tibi, Nata, paludes,  
Te mihi dilectam fixo tub corde foueri.  
Si quid erit danni, mecum commune feretur.  
Noga mihi pridem est, quæ sit modò temporis huius  
Barbaries, quam sit locus haud suus artibus vñquam.  
Digna gemi sunt hæc, sunt hæc quoq; digna doleri.  
At tu fide mihi, locus hic tibi debitus esto.  
Si spernunt, qui non isthuc sunt munere digni,  
En careant & honore tuo, & dulcedine tanta.  
Tu quia circuitu reliquas, Nata inclyta, claudis  
Iure loco media es, medium dignissima sedem  
Ipsa geris, non hoc ægrè feret altera quauis.  
Tu quia diuinis adhiberis cultibus, Ergò  
Hinc quoq; qđ celebretis erit. Tu s̄æpe DEORum  
Exhilaras mentes e pulis vbi forte libebat  
Appositis alto conuiuia ponere cœlo.  
Tuscs ære sonum, fidibus, nunc edere, voce,  
Sæpe hominum mulces animos, atq; aspera lenis  
Pectora, sæpe graues curas, & concoquis astus,  
Quin etiam morbos tristi de corpore pellis.  
Tu si quid pulchrum est, & nostris suave Camænis,  
Efficis, aut numeris, si forte volubile quidquam  
Luseris, aut ipsa mox maiestate verenda es,  
Tu rigidos tollis præduro in pectore motus:  
Et faciles sensus, & mitia corda refingis  
Atq; feras cicuras, Tu saxa immania voluis  
Saxa per & scopulos, Tu dulce leuamen oberras:  
Talis cum reliquas videaris amabilis inter  
Anne fauore aderis dignissima, quamq; se quatur  
Plurima turba ducem, cuiq; oscula plurima figat:  
Ergò mihi soboles ð dilectissima fide,  
Fide mihi, si quid quondam mea vota valebunt,  
Salua prior pietas, & pristina fama redibit.  
Secula prima magis Musas quam Martia nōrānt.  
Tunc melior nostris aderat propè gratia donis,  
Postmodo Mars regnum violento ardore subegit

Arma silent inter leges, studia inclyta cessant,  
Nunc Venus imperium non absq; furore capessit.  
Ergo minus mea castra valent. Tu consule Nata  
Quantumcumq; potes, tu tanta incommoda sarcis,  
Quà datur vltro abeas, quà non datur ire resiste,  
Et patiare iugum, quod fert Venus improba nobis.  
Tempore namq; breui durauerit ista Tyrannis:  
Et suus ad finem properat iam terminus orbis,  
Iam q; ferè punctis in stat, tunc iubila quantum  
Nostra putas valitura tibi, tunc prima redibit  
Gloria, noster honos, & non deabile nomen,  
Tunc tua p̄ reliquis nitidissima forma micabit,  
Et sua cuiq; aderit p̄stans cum nomine fama,  
Et sibi quæq; suis circum benè septa ministris  
Aspiciet, nomenq; suum, laudesq; decentes,  
Tunc ubi sepositis studiis grauioribus olim  
Sæpe dabunt plausus, & iubila læta sorores,  
Angelis vna cum voce sonantibus aulis  
O quantum augusto resonabunt atria plausu  
Templaq; summa DEI, quantum ipsa volumina cœli  
Æterni æternas cantabunt vñdiq; laudes,  
Tunc quando ipse DEI promens è sede paterna  
Filius æternum reserabit mente sigillum,  
Consiliiq; addet causas, & qualibus idē  
Aserit ob genus humatum sub pectore flammis.  
Dicta fides comitans, & iubila læta sequentur,  
Interea officium faciamus quilibet æquum,  
Quodq; licet tantum, sub seruitute gemamus  
Atq; petamus opem summi Iouis, ille petetem  
Exaudire potest. Sic dixit, anhelitus imo  
Pectore surgebat. Tum nescio qualibus vmbbris  
Visus ego gaudere prius, seu somnus oberrans  
Seu quæcunq; quies mentem turbauerat ante,  
Vanum erat, aufigitq; oculos quæ pauerat ante  
Forma mihi, oblectatus ego, & satiatus abibam,  
Hærebamq; adeò quid talia visa notarent.

Pascat,

Talis s̄epe meum, dicebam, pectus imago  
Pascat, & oblectet mente in. Tunc carmina Diuīs  
Digna canam, laudesq; Dei cum voce tonabo.



## EIVSDEM AD SEIPSVM.

**D**um fera magnanimi meditantur prēlia reges,  
Et gloomerant tragica bella cruenta manu:  
**D**umq; ferox sequitur tentoria friuola miles,  
Vt cadat, aut alios ense perire sinat:  
**D**um fallit miseris spes non benē prouida, & illos  
Parca parum meritos insidiosa necat:  
**C**ulmine dum lubrico, quos ardor adulit honorum  
Aula, truci aspectu quos modō lusit, amat:  
**H**ic dum curat opes, famam dum queritat alter,  
Dum rixis animum frangit, & ille dolis:  
**M**e mihi Melpomene teneras modō molliter aures  
Vellet, & melicis perstrepat vsq; sonis.  
**M**e dulces saturent requie non deside Musæ,  
Nullaq; lis vitam turbet amara meam.  
**N**on mihi Romulea pomposum queritur aula  
Nomen, honoratos inter & aura viros.  
**N**on mihi militiē petitur lucrosa tyrannis,  
Non mea diuicias querit auara manus.  
**S**i mihi Musa suos non auersata susurros  
Comprobat, atq; aliqua, qua valet, arte iuuati:  
**S**at mihi Sint aliis ea qui ludibria curant,  
Quas fortuna souet non remoramur opes.  
**O**cia Musarum nunquam pereuntia quero,  
Et quos Melpomene fundit amena sonos.  
**H**ęc aliquis Diuūm dederit, tu Maxime I E S V.  
Inq; tuas laudes tunc operosus ero.